

Meliten., affirmative

vis et metus – defectus discretionis iudicii (defectus libertatis internae, immaturitas)

De vi et metu

1 5. – Inter iura fundamentalia christifideli-
2 um quibus ipsi gaudent recensendum est in
3 can. 219 ius ut «a quacumque coactione
4 sint immunes in statu vitae eligendo». Cla-
5 re patet christifideles esse liberos debere
6 eminenter in electione status matrimonia-
7 lis.

8 Consensus enim definitus est ex una parte
9 uti foedus irrevocabile quo vir et mulier
10 «sese mutuo tradunt et accipiunt» (can.
11 1057, § 2), ex altera vero oportet ut mani-
12 festatus sit inter personas iure habiles quia
13 «nulla humana potestate suppleri valet»
14 (can. 1057, § 1). ...

15 Saepe saepius Ecclesiae Magisterium in
16 lucem posuit tam hominis dignitatem
17 quam fundamentale ius in libera electione
18 matrimonii. Concilium Vaticanum II per-
19 belle docet: «Dignitas igitur hominis requi-
20 rit ut secundum consciam et liberam elec-
21 tionem agat, personaliter scilicet ab intra
22 motus et inductus, et non sub coeco impul-
23 su interno vel sub mera externa coactione»
24 (Const. past. *Gaudium et spes*, n. 17).

25 Eodem modo ad tutandam sanctitatem foe-
26 deris matrimonialis et eius liberam electio-
27 nem, matrimonium a Pontifice feliciter
28 regnante describitur tamquam «amoris
29 coniugalis foedus vel conscia ac libera
30 electio, qua vir ac mulier in se recipiunt
31 vitae amorisque communitatem intimam, a
32 Deo ipso praestitutam» (Ioannes Paulus II,
33 Adh. ap. *Familiaris consortio*, diei 22 no-
34 vembris 1981, *AAS* 74 [1982], pp. 92-93,
35 n. 11).

5. – Unter die Grundrechte der Christgläubigen, deren sie sich erfreuen, ist das Recht in can. 219 zu zählen, dass „sie von jedwedem Zwang frei seien in der Wahl des Lebensstandes“. Es ist offenkundig, dass die Christgläubigen besonders in der Wahl des Ehestandes frei sein müssen.

Der Konsens ist einerseits als unwiderruflicher Bund definiert, durch den Mann und Frau „sich gegenseitig schenken und annehmen“ (can. 1057 § 2), andererseits ist erforderlich, dass er von rechtlich fähigen Personen erklärt wird, weil er „durch keine menschliche Macht ersetzt werden kann“ (can. 1057 § 1).

Immer wieder hat das Lehramt der Kirche sowohl die Menschenwürde ins Licht gestellt als auch das grundlegende Recht auf eine freie Wahl der Ehe. Das 2. Vatikanische Konzil lehrt sehr schön: „Die Menschenwürde verlangt daher, dass er nach bewusster und freier Wahl handele, persönlich von innen heraus bewegt und angeleitet und nicht von einem blinden inneren Impuls oder von einem bloß äußeren Zwang“ (GS 17).

Ebenso wird zum Schutz der Heiligkeit des ehelichen Bundes und seiner freien Wahl die Ehe vom glücklich regierenden Papst beschrieben als „Bund der ehelichen Liebe oder bewusste und freie Wahl, in der Mann und Frau in sich annehmen eine intime Gemeinschaft des Lebens und der Liebe, die von Gott vorgegeben ist“ (FamCon 11).

36 6. — In iure romano, iuxta definitionem ab
 37 Ulpiano traditam, metus est «instantis vel
 38 futuri periculi causa mentis trepidatio»
 39 (Dig. 4, 2, 1). Memorare oportet quod me-
 40 tus in matrimonio se manifestat potius in
 41 libertatis privatione quam in mentis trepi-
 42 datione. De re docet una coram Faltin:
 43 «Nam, quidquid sit de conceptione, exten-
 44 sione ac pondere metus in iure romano,
 45 validitatem contractus quod spectat (cf. D.
 46 23, 222 et D. 4, 2, 6) in iure canonico, cum
 47 Ecclesia potius instaurando interiori ordini
 48 quam exteriori incumbere intendit, ad irri-
 49 tandum matrimonium, quod significat con-
 50 niunctionem Christi cum Ecclesia, quae
 51 fundatur in amore vero ac voluntario non
 52 in coactione, satis est minor metus quam in
 53 ceteris contractibus propter maximam li-
 54 bertatem, quae in illo desideratur (cf. Cos-
 55 ci, *De separatione thori coniugalis*, Flo-
 56 rentiae 1856, Lib. 1, c. 8, n. 93)» (sent.
 57 diei 29 ianuarii 1998, RRDec., vol. XC, p.
 58 26, n. 5).

59 *metus reverentialis*

60 Sive in doctrina, sive in iurisprudencia No-
 61 stri Fori metus distinguitur inter metum
 62 communem et metum reverentialem. «Re-
 63 verentialis metus a communi distinguitur
 64 tum ratione originis seu causae cum in pe-
 65 culiari vinculo sanguinis, necessitudinis
 66 vel auctoritatis fundetur inter metum infer-
 67 entem et patientem, tum ratione mali, qua-
 68 tenus quod timetur malum circumscriptum
 69 est ad propinquorum vel superiorum in-
 70 dignationem, ratione demum mediorum
 71 cum ad contrariam voluntatem flectendam
 72 non communes minae, sed hortationes vel
 73 preces instantes et importunae adhibean-
 74 tur» (coram Funghini, sent. diei 29 novem-
 75 bris 1995, Sancti Sebastiani Fluminis Ia-
 76 nuarii, A. 93/95, n. 3; cf. coram Mattioli,
 77 sent. diei 30 ianuarii 1956, RRDec., vol.
 78 XLVIII, pp. 88-90, n. 2; coram Pinto, sent.
 79 diei 19 decembris 1997, *ibid*, vol.
 80 LXXXIX, p. 899, n. 11).

6. – Im römischen Recht ist Furcht nach der von Ulpian überlieferten Definition „die Unruhe des Geistes wegen einer unmittelbar oder zukünftig bevorstehenden Gefahr“ (D 4, 2, 1). Man muss sich erinnern, dass die Furcht bei der Ehe sich eher in der Freiheitsberaubung zeigt als in der Unruhe des Geistes. Dazu lehrt ein Urteil coram Faltin: „Was immer der Begriff, die Reichweite und das Gewicht der Furcht im römischen Recht sei, was die Gültigkeit eines Vertrages angeht (...), reicht im kanonischen Recht, weil die Kirche eher bemüht ist, die innere Ordnung als die äußere zu sichern, zur Nichtkeit der Ehe, welche den Bund Christi mit der Kirche bezeichnet, der in wahrer Liebe und nicht in Zwang gründet, eine geringere Furcht als in den übrigen Verträgen wegen der maximalen Freiheit, die in ihr verlangt wird (...)“ (...).

Sowohl in der Lehre wie in der Rechtsprechung unseres Gerichtes wird die Furcht unterschieden in die gemeine Furcht und die Ehr-Furcht. „Ehr-Furcht unterscheidet sich von der gemeinen sowohl durch ihre Entstehung oder Ursache, da sie in einem besonderen Band des Blutes, der Verbundenheit oder der Autorität gründet zwischen dem Furcht Einflößenden und dem Erleidenden, als auch durch die Art des Übels, insofern das Übel, das befürchtet wird, die Verstimmung der Verwandten oder Vorgesetzten ist, schließlich durch das Mittel, weil zur Beugung des entgegenstehenden Willens nicht übliche Drohungen, sondern Ermahnungen und inständige und unwillkommene Bitten angewandt werden“ (...)

- 81 In casu metus reverentialis demonstrare
82 oportet filium voluntatem parentum non
83 acceptavisse sed potius subiisse ob ratio-
84 nes sibi intrinsicas. Si *tantum* agitur de
85 consiliis vel exhortationibus metus rever-
86 entialis levis consideratur.
- 87 Alia ex parte haud requiruntur parentum
88 minae ut metus reverentialis gravis aesti-
89 metur; sufficit enim «probabilis praevisio
90 ingruentis mali» (coram Canestri, sent. diei
91 13 martii 1943, *ibid.*, vol. XXXV, p. 196,
92 n. 2). Aliis verbis docet una coram Staffa:
93 «Ex metu quoque reverentia, etiam sine
94 minis, possunt filii graviter trepidare, ideo-
95 que invalide contrahere nuptias, quando
96 aliquid reverentiae accedat ex quo diutur-
97 nam ac gravem indignationem parentum
98 formidare cogantur. Si vero adsint verbera,
99 minae mortis, exheredationis, expulsionis
100 e domo serio prolatae, metus est simplici-
101 ter gravis» (sent. diei 16 februarii 1948,
102 *ibid.*, vol. XL, p. 56, n. 2).
- 103 7. — In metu incusso consideranda sunt
104 elementa quae magni momenti sunt ad ve-
105 ritatem factorum detegendam: sexus, aetas,
106 indolis, status psychologicus, independen-
107 tia oeconomica et aliae circumstantiae
108 temporum ac locorum. Aliis verbis, uti
109 iurisprudencia Nostri Fori docere solet,
110 necesse est inspicere tum indoles illius qui
111 metum incussisse putatur, cum illius qui
112 consilium tenet metum passum se fuisse.
113 «Utique tamen omnia referenda sunt ad
114 concretam condicionem praesertim metum
115 patientis: an v. gr. agatur de puella in mi-
116 nore aetate constituta, timida ac suis sub-
117 iecta, an agatur de iuvene aetate superadul-
118 to, sibi sufficienti, experientia docto, auda-
119 ci ac intrepido» (coram Defilippi, sent. diei
120 16 februarii 1995, *ibid.*, vol. LXXXVII, p.
121 126, n. 9).
- 122 Semper hac in provincia invenienda est
123 nupturientis aversio sive erga compartem,
124 sive erga matrimonium ipsum. «*Aversio*
125 tamen illa, in mente contrahentis, nullo
126 modo respiciat oportet *ipsam personam*,
- Im Falle der Ehr-Furcht muss gezeigt werden,
dass der Sohn den Willen der Eltern nicht ak-
zeptierte, sondern sich beugte aus ihm inneren
Gründen. Wenn es sich *nur* um Ratschläge oder
Ermahnungen handelt, wird die Ehr-Furcht als
leicht angesehen.
- Auf der anderen Seite sind nicht Drohungen der
Eltern erforderlich, damit die Ehr-Furcht als
schwer angesehen wird; es reicht nämlich „die
wahrscheinliche Voraussicht eines bevorstehen-
den Übels“ (...)
- Mit anderen Worten lehrt ein Urteil coram Staf-
fa: „Auch aufgrund Ehr-Furcht, auch ohne Dro-
hungen, können Kinder schwerwiegend unruhig
sein und so die Ehe ungültig schließen, sofern
etwas zur Verehrung hinzutritt, aufgrund dessen
sie eine langdauernde und schwere Verstimm-
ung der Eltern befürchten müssen. Wenn es
aber Schläge, Todesdrohungen, Enterbung,
Verstoßung aus dem Hause, ernsthaft geäußert,
gibt, ist die Furcht einfach schwer“ (...).
7. – Bei der eingeflößten Furcht sind Elemente
zu bedenken, die von großem Gewicht sind bei
der Aufdeckung der Wahrheit der Fakten: Ge-
schlecht, Alter, Eigenart, psychologischer Sta-
tus, wirtschaftliche Unabhängigkeit und andere
Umstände der Zeit und des Ortes. Mit anderen
Worten, wie die Rechtsprechung unseres Ge-
richtes zu lehren pflegt, ist notwendig zu be-
trachten die Eigenart dessen, der die Furcht ein-
geflößt haben soll, wie dessen, der angibt, er
habe Furcht erlitten. „Das alles ist zu beziehen
auf die konkrete Bedingtheit insbesondere des
Furcht Erleidenden: ob z.B. das Mädchen min-
derjährig war, ängstlich und unterwürfig, oder
ob es sich um einen Jüngling reifen Alters han-
delt, der sich genügt, erfahren ist, kühn und
furchtlos“ (...).
- Immer muss in diesem Feld die Abneigung des
Nupturienten sei es gegen den Partner, sei es
gegen die Ehe selbst gefunden werden. „Jene
Abneigung im Geiste des Kontrahenten muss
keineswegs die *Person selbst* betreffen, mit der

127 cum qua sacrum foedus celebrare iniuste
128 cogitur. Nam existere potest voluntas ma-
129 trimonio contrahendo omnino contraria,
130 etiam sine aversione quoad ipsam perso-
131 nam alicui impositam; sufficit potius ut
132 contrahens aversetur *celebrationem matri-*
133 *monii cum hac persona»* (coram Wynen,
134 sent. diei 26 iulii 1951, *ibid.*, vol. XLIII, p.
135 577, n. 3).

136 Aversio erga compartem vel saltem aver-
137 sio ad matrimonium contrahendum consi-
138 derandae sunt veluti columnina probatio-
139 num quarum gravitas perpendenda est rela-
140 te ad vim coactivam seu efficacem indu-
141 cendi voluntatem ad nuptias.

142 8. — Ut metus consensum irritet quattuor
143 condiciones consideratae sunt a Lege nec-
144 non a iurisprudencia: «a) ut sit ab extrinse-
145 co, a causa libera, i.e. ab homine incussus;
146 b) ut sit gravis, attentata indole et capacitate
147 metum incutientis minas exequendi (cf.
148 Dec. coram Felici diei 7 aprilis 1960, n. 4),
149 prae mente habita etiam obiectiva, sed
150 praesertim subiectiva gravitate mali me-
151 tum patientis (cf. Dec. coram Anné diei 21
152 iunii 1962, n. 8); c) ut sit saltem indirecte
153 incussus (cf. Dec. coram Staffa, diei 20
154 aprilis 1956); d) ut, tandem, sit inevitabilis,
155 ita ut matrimonium celebretur metus dum-
156 taxat causa, a persona quae nullum aliud
157 habeat verum effugium (cf. Dec. coram De
158 Jorio, diei 29 aprilis 1964, n. 17)» (coram
159 Faltin, sent. diei 18 ianuarii 1988, *ibid.*,
160 vol. LXXX, p. 6, n. 12).

161 Qua de re ad matrimonii nullitatem pro-
162 bandam ob vim et metum graviter ponder-
163 andae sunt:

164 a) confessio iudicialis et extraiudicialis
165 illius qui metum passus est, attento quod
166 «cum consensus actu interno perficiatur,
167 victima solummodo [...], *directe* cognosce-
168 re potest num libere vel coacte consensum
169 ediderit» (coram Mattioli, sent. diei 30
170 ianuarii 1956, *ibid.*, vol. XLVIII, p. 90, n.
171 2);

er gezwungen wird, den heiligen Bund zu
schließen. Denn es kann einen Willen geben,
der einer Eheschließung gänzlich entgegen-
steht, auch ohne Abneigung in Bezug auf die
Person, die jemandem aufgedrängt wird; es
reicht vielmehr, dass der Kontrahent der *Ehe-*
schließung mit dieser Person abgeneigt ist“ (...)

Die Abneigung gegen den Partner oder wenigstens
gegen die Eheschließung sind als Gipfel
des Beweises zu betrachten, dessen Schwere zu
erwägen ist im Bezug auf die zwingende Kraft
oder den effektiven Willen zur [Erreichung der]
Ehe.

8. – Damit die Furcht den Konsens ungültig
macht, werden vom Gesetz und von der Recht-
sprechung in Betracht gezogen: „a) dass sie von
außen kommt, von einer freien Ursache, d.h.
von einem Menschen eingeflößt ist; b) dass sie
schwer ist, angesichts der Natur und der Fähig-
keit des Furchteinflößenden, die Drohungen
wahrzumachen (...), vor Augen auch die objek-
tive, aber vor allem die subjektive Schwere des
Übels für den Furchterleidenden (...); c) dass sie
wenigstens indirekt eingeflößt ist (...); d) dass
sie schließlich unausweichlich ist, so dass die
Ehe geschlossen wird allein aufgrund der
Furcht von einer Person, die keinen anderen
wirklichen Ausweg hat (...).

Daher sind zum Beweis der Nichtigkeit der Ehe
wegen Furcht und Zwang gewichtig zu erwä-
gen:

a) das gerichtliche und außergerichtliche Ge-
ständnis dessen, der die Furcht erlitten hat, an-
gesichts dessen, dass, „weil der Konsens durch
einen inneren Akt vollzogen wird, allein das
Opfer [...] *unmittelbar* wissen kann, ob es den
Konsens frei oder erzwungen geleistet hat“ (...).

172	<i>b) confessio incutientis coactionem;</i>	b) das Geständnis des Druck Ausübenden;
173	<i>c) testimonia eorum qui vel directe coac-</i>	c) die Zeugnisse derer, die entweder direkt den
174	<i>tionem perceperunt vel eam cognoverunt</i>	Druck wahrgenommen haben oder davon vom
175	<i>ab incutiente aut patiente, prae oculis habi-</i>	Ausübenden oder Erleidenden erfahren haben,
176	<i>to quod «potiores testes esse familiares vel</i>	unter Beachtung dessen, dass „die besten Zeu-
177	<i>qui intima familiari metum patientis fre-</i>	gen die Familienmitglieder sind oder die, die
178	<i>quentatione fructi sint facile admittitur ab</i>	mit der Familie des Furcht Erleidenden häufig
179	<i>iurisprudencia Nostri Fori cum minae incu-</i>	eng zu tun hatten, wird von der Rechtsprechung
180	<i>ti soleant vel pressiones et inopportunae</i>	unseres Gerichtes leicht angenommen, weil
181	<i>instantiae fieri intra domesticos parietes»</i>	Drohungen geäußert zu werden pflegen oder
182	<i>(coram Funghini, sent. diei 21 maii 1997,</i>	Druck und unangemessene Forderungen ge-
183	<i>ibid., vol. LXXXIX, p. 432, n. 6).</i>	schehen innerhalb der häuslichen Wände“ (...).
184	<i>Urteilsvermögen</i>	
185	(9.) ... Deinceps Legislator, qui ius natu-	Schließlich hat der Gesetzgeber, der das Natur-
186	rale, doctrinam canonicam et iurispruden-	recht, die kanonische Lehre und Rechtspre-
187	tiam Nostri Fori confirmavit, statuit in can.	chung unseres Gerichtes bestätigte, in can.
188	1095, n. 2, incapaces esse matrimonii con-	1095, 2° festgelegt, dass zur Eheschließung un-
189	trahendi «qui laborant gravi defectu di-	fähig seien, „die an einem schweren Mangel der
190	scretionis iudicii circa iura et officia matri-	Unterscheidung des Urteils über die wesentli-
191	monialia essentialia mutuo tradenda et ac-	chen ehelichen Rechte und Pflichten leiden, die
192	ceptanda ».	gegenseitig zu geben und zu nehmen sind.“
193	Discretio iudicii de qua agitur dicit maturi-	Die Unterscheidung des Urteils, um die es sich
194	tatem iudicii ex parte nupturientis et postu-	handelt, meint eine Reife des Urteils seitens des
195	lat tria elementa essentialia:	Nupturienten und fordert drei wesentliche Ele-
196		mente:
197	<i>a) sufficientem cognitionem intellectualem</i>	a) eine ausreichende intellektuelle Erkenntnis
198	<i>circa obiectum consensus matrimonialis;</i>	des Objektes des Ehekonsenses;
199	<i>b) criticam aestimationem de matrimonii</i>	b) eine kritische Einschätzung des besonderen
200	<i>contractu peculiari qui cum quolibet nego-</i>	Vertrags der Ehe, der mit keinem Vertrag zu
201	<i>tio comparationem haud sustinet propter</i>	vergleichen ist wegen des Bandes ganz eigener
202	<i>ligamen prorsus sui generis quo nupturien-</i>	Art, durch das die Nupturienten sich geben und
203	<i>tes sese tradunt et accipiunt;</i>	annehmen;
204	<i>c) sed etiam libertatem internam seu capa-</i>	c) aber auch die innere Freiheit oder Fähigkeit,
205	<i>citatem libere sese determinandi ad matri-</i>	sich frei selbst zur Ehe zu bestimmen.
206	<i>monium.</i>	
207	Certo certius discretio iudicii matrimonio	Ganz sicher impliziert die Unterscheidung des
208	proportionata rectam vel iustam aestima-	Urteils, die der Ehe entspricht, eine richtige und
209	tionem de natura matrimonii implicat, nec-	gerechte Einschätzung der Natur der Ehe als
210	non apprehensionem propriae capacitatis,	auch den Besitz der eigenen Fähigkeit, nicht
211	haud modo abstracto, circa illam naturam	nur abstrakterweise, in Bezug auf diese Natur
212	et eius iura et officia.	und ihre Rechte und Pflichten.
213	Quis adhibito consilio matrimonii naturam	Wer nach Beratung die Natur der Ehe nicht
214	non percipit invalide contrahit. Cum matri-	wahrnimmt, heiratet ungültig. Da das Institut
215	monii institutio in genere humano meliori-	der Ehe im menschlichen Geschlecht nicht den

216 bus non reservatur, ideo haec aestimatio
 217 haud substantialiter supponit exhaustivam
 218 naturae matrimonii cognitionem, «in suis
 219 adspectibus pluribus, veluti psychologico,
 220 iuridico, sociali, oeconomico, religioso,
 221 dum incidentiae foederis ineundi in futu-
 222 rum tempus super coniugum existentia
 223 tantummodo in confuso sed omnino iuxta
 224 veritatem praevisio adsit oportet: exinde
 225 distinctio iugiter facienda inter sufficien-
 226 tem discretionem et consilium prudens»
 227 (coram Pompedda, sent. diei 27 octobris
 228 1992, RRDec., vol. LXXXIV p. 504, n. 5).

229 *Innere Freiheit*

230 10. – De libertate vel capacitate sese libere
 231 determinandi saepe plus Ecclesiae Magiste-
 232 rium et doctrina necessitatem collustrant uti
 233 iam vidimus cum tractavimus de vi et metu.

236 Si ius naturale voluntatis libertatem postulat
 237 uti condicionem sine qua non in electione
 238 peragenda, tamen haec libertas haud exigit
 239 exercitium facultatis sine impulsionibus et,
 240 eodem tempore, in contrahente requiritur
 241 capacitas resistendi iisdem. Super argumen-
 242 to recte admonet una coram Pompedda:
 243 «Aliis verbis tunc adest libertas interna ubi
 244 persona, et in specie nubens facultatem ha-
 245 bet sese ab intrinseco determinandi: quod
 246 sane non exigit absentiam omnimodam im-
 247 pulsionum, quae proveniunt ex indole, ex
 248 acta vita, ex circumstantiis existentialibus,
 249 ex educatione, ex habitus necnon ex sche-
 250 matibus legis moralis; libertas autem opti-
 251 me stare potest cum eiusmodi impulsioni-
 252 bus internis, sed requirit capacitatem resi-
 253 stendi iisdem» (sent. diei 16 decembris
 254 1985, *ibid.*, vol. LXXVII, p. 586, n. 5; cf.
 255 coram Boccafola, sent. diei 27 februarii
 256 1992, *ibid.*, vol. LXXXIV p. 95, n. 9).

257 *Einschränkungen*

258 11. – Tamen accidere potest ut facultates
 259 tam intellectiva quam volitiva multis ex

Besseren vorbehalten ist, setzt diese Einschät-
 zung nicht wesentlich eine erschöpfende Er-
 kenntnis der Natur der Ehe voraus, „in ihren
 vielen Aspekten wie dem psychologischen, juri-
 dischen, sozialen, ökonomischen, religiösen,
 während die Vorausschau der Bedeutung des
 einzugehenden Bundes für die Existenz der
 Gatten in künftiger Zeit nur im Vagen, aber
 gänzlich nach der Wahrheit gegeben sein muss:
 Daher muss jene Unterscheidung zwischen der
 ausreichenden Unterscheidung und dem klugen
 Rat immer gemacht werden“ (...).

10. – Oft erläutern das Lehramt der Kirche und
 die Doktrin bezüglich der Freiheit und der Fä-
 higkeit, sich selbst frei zu bestimmen, die Not-
 wendigkeit (necessitas), wie wir es schon gese-
 hen haben, als wir über Zwang und Furcht ge-
 handelt haben.

Wenn das Naturrecht die Freiheit des Willens
 als unerlässliche Bedingung bei der Wahl for-
 dert, verlangt doch diese Freiheit nicht eine
 Ausübung der Fähigkeit ohne Impulse, und zu
 gleicher Zeit wird beim Kontrahenten die Fä-
 higkeit gefordert, diesen zu widerstehen. Zu
 diesem Thema mahnt richtig ein Urteil coram
 Pompedda: „Mit anderen Worten ist dann eine
 innere Freiheit gegeben, wo die Person, und
 speziell ein Nubent, die Fähigkeit hat, sich von
 innen heraus zu bestimmen: Was nicht die
 gänzliche Abwesenheit von Impulsen verlangt,
 die aus der Natur, aus dem gelebten Leben, aus
 den existentiellen Umständen, aus der Erzie-
 hung, aus Haltungen und aus Schemata des
 moralischen Gesetzes kommen; Freiheit kann
 bestens bestehen mit solchen inneren Impul-
 sen, aber sie fordert die Fähigkeit, ihnen zu
 widerstehen“ (...).

11. – Dennoch kann es geschehen, dass die
 intellektive oder die volitive Fähigkeit aus vie-

260 causis perturbentur. Libertas interna
 261 coarctari potest ex abnormi constitutione in
 262 nupturiente «sive in imminuta facultate aestimativa seu discretiva, sive in subiacendo
 263 motivis vix non semper inconsciis quod
 264 maturam electionem impedit, sive in incoercibilibus motibus voluntatis veluti ad unum
 265 impellentibus absque possibilitate aliter
 266 volendi» (coram Exc.mo Pompedda, sent.
 267 diei 19 mai 1994, *ibid.*, vol. LXXXVI, p.
 268 208, n. 3; cf. coram Huber, sent. diei 19
 269 mali 1998, *ibid.*, vol. XC, p. 389, n. 5; coram
 270 Defilippi, diei 27 novembris 1998,
 271 *ibid.*, p. 793, n. 11).

274 Inter perturbationes, quae facultatum superiorum exercitium attingere possunt, recensentur non solum morbi psychotici, nevroses, psychopathiae, immaturitates psychoaffectivae, sed etiam peculiare vel transitorii status psychologici qui, etsi structuram psychomorbosam non comprobent, tamen ponderosi influxus causa in facultatem aestimationis vel electionis consensum matrimoniale graviter laedant.

284 *Unreife*

285 (11.) Magis magisque, in tribunalibus, immaturitas invocatur ad recensendum caput nullitatis ob defectum discretionis iudicii.
 286
 287 Attamen immaturitas de qua agitur confundenda non est cum ea quam – sensu vulgari non clinico – gentes nominant sub formula generica «immaturitas». «Saepe saepius verbum usurpatur pro levitate animi vel rerum morumque inscitia, iuvenilis aetatis propria» (coram Funghini, sent. diei 23 iunii 1993, *ibid.*, vol. LXXXV p. 470, n. 3).

297 Re gravis immaturitas psycho-affectiva «pendens ex personalitate deordinata vel personalitas passivo-aggressiva vel structura deordinata personalitatis gravibus notis antisocialitatis vel narcisismi signatae vel dominatae, ob subiecti egotismum [sic!] vel egocentrismum» (coram Turna-

len Ursachen gestört wird. Die innere Freiheit kann beschränkt werden durch eine abnorme Verfassung beim Nupturienten, „sei es in ver-ringerter wertender oder unterscheidender Fähigkeit, sei es in der Unterworfenheit unter Motive, die kaum nicht immer (= manchmal?) unbewusst sind, was eine reife Wahl verhindert, sei es in unbeherrschbaren Bewegungen des Willens, die gleichsam auf nur eines hindrängen ohne Möglichkeit, anders zu wollen“ (...).

Unter den Störungen, die die Ausübung der höheren Fähigkeiten betreffen können, werden nicht nur psychotische Krankheiten genannt, Neurosen, Psychopathien, psycho-affektive Unreife, sondern auch besondere oder vorübergehende psychische Zustände, die, wenn sie auch keine psychisch kranke Struktur beweisen, doch durch gewichtigen Einfluss auf die Fähigkeit der Einschätzung oder Wahl den Ehekonsens schwerwiegend schädigen können.

(11.) Mehr und mehr wird in den Gerichten die Unreife herangezogen, um den Nichtigkeitsgrund des mangelnden Urteilsvermögens zu bezeichnen. Aber die Unreife, um die es geht, ist nicht zu verwechseln mit dem, was – im allgemeinen, nicht klinischen Sinn – die Leute in einer allgemeinen Formel „Unreife“ nennen. „Immer öfter wird das Wort in Anspruch genommen für die Leichtigkeit der Seele oder den Unverstand für die Sache oder die Sitten, die dem jugendlichen Alter eigen sind“ (...).

Die schwere psycho-affektive Unreife, „die an der ungeordneten Persönlichkeit hängt, oder eine passiv-aggressive Persönlichkeit oder eine ungeordnete Struktur der Person, von schweren Zeichen des Antisozialen oder des Narzissmus gezeichnet oder beherrscht, wegen des Egoismus des Subjektes oder des Egozentrismus“

- 304 turi, sent. diei 31 ianuarii 1997, *ibid.*, vol. (...), kann einen vernichtenden Einfluss haben
 305 LXXXIX, p. 59, n. 19) nefastum influxum auf den Prozess der freien Wahl. Denn eine
 306 habere potest in liberae electionis proces- schwere Unreife betrifft den Bereich der In-
 307 su. Nam severa immaturitas instinctuum, stinkte, der Gefühle und der Affekte wegen der
 308 emotionum et affectuum provinciam afficit Fixierung oder dem Rückschritt der psycho-af-
 309 propter fixationem vel regressum evolutio- fektiven Entwicklung (...).
 310 nis psycho-affectivae (cf. A. Hesnard, v.
 311 *Arriération affective*, in A. Porot, *Manuel*
 312 *alphabétique de Psychiatrie*, PUF Paris,
 313 1996v, pp. 70-71).
- 314 Una coram Pinto praebet immaturitatis Ein Urteil coram Pinto bietet Kriterien der Un-
 315 criteria quae communiter recipiuntur: reife, die allgemein akzeptiert werden:
- 316 «a) incapacitas subordinandi passiones „a) Unfähigkeit, die Leidenschaften und Ver-
 317 libidinesque rationi et voluntati vel super- langen der Vernunft und dem Willen unterzu-
 318 andi internos conflictus, propter anxietatem. ordnen oder innere Konflikte zu überwinden,
 319 wegen Angst.
- 320 b) Genitorum talis necessitas ut matrimo- b) Eine solche Bindung an die Eltern, dass der
 321 nium celebrans non coniugem quaerat sed Heiratende nicht den Gatten sucht, sondern die
 322 matrem vel patrem, quin pervenire valeat Mutter oder den Vater, ohne dass er zur Inte-
 323 ad integrationem et unionem in coniugali grierung mit der Einheit, die im ehelichen Le-
 324 vita requisitam. Immo, sine illorum adiuto- ben notwendig ist, gelangt. Ja, ohne deren Hilfe
 325 rio decisionem alicuius momenti sumere könnte er eine Entscheidung von Bedeutung
 326 non valeret. nicht fällen.
- 327 c) Egoismus huiusmodi ut, cum alios amat, c) Egoismus der Art, dass indem er andere liebt,
 328 seipsum revera quaerat, de propria utilitate er in Wahrheit sich selbst sucht, sich nur um
 329 tantummodo curans, quin aliorum commo- den eigenen Nutzen sorgend, ohne dass er auf
 330 dum respiciat. Recipere vult, non vero da- das Wohl der anderen blickt. Er will empfan-
 331 gere. gen, aber nicht geben.
- 332 d) Irresponsabilitas pro assumendis et d) Unverantwortlichkeit für die Übernahme und
 333 adimplendis officiis essentialibus matrimo- Erfüllung der wesentlichen ehelichen Pflichten“
 334 nii» (sent. diei 30 iulii 1986, in *L'incapaci- (...)*.
 335 *tas (can. 1095) nelle «sententiae selectae*
 336 *coram Pinto*», cura P. A. Bonnet e C. Gul-
 337 lo, *Studi giuridici* – 15, LEV, Città del Va-
 338 ticano 1988, p. 338; cf. coram de Lanver-
 339 sin, sent. diei 11 iunii 1997, RRDec., vol.
 340 LXXXIX, p. 498, n. 10; coram Pinto, sent.
 341 diei 31 iulii 1998, *ibid.*, vol. XC, p. 581, n. 6).
- 342 *Beweis*
- 343 12. – Ad aestimandam libertatis imminu- 12. Zur Wertung der Verringerung der Freiheit
 344 tionem, perpendendae sunt contrahentis sind die Natur des Kontrahenten und sein Alter
 345 indoles, aetas, sexus, ambitus socio-cul- zu bedenken, sein Geschlecht, das sozio-kultu-
 346 turalis et omnes circumstantiae prae et relle Umfeld und alle Umstände vor und nach

347 postmatrimoniales quae in animum in-
348 fluxum exercent.

349 Haud sufficit «ut partes et testes, etsi fide
350 digni, affirmant in verbis vagis ac genera-
351 libus immaturitatem nupturientium, sed
352 omnino necesse est ut referant determina-
353 ta facta ac circumstantias prae et postnup-
354 tiales, quae veluti segura signa ac sympto-
355 mata illius abnormis conditionis praesefe-
356 runt. Facta super quae diagnosis fundatur
357 re vera probari ex actis causae debent;
358 non sufficit ut simpliciter praesumantur
359 vel referantur in depositione alicuius par-
360 tis» (coram Boccafola., sent. diei 22 ia-
361 nuarii 1998, RRDec., vol. XC, p. 20, n. 6).

362 Auxilium peritorum, iuxta principia clini-
363 ca propriae scientiae, utile videtur ad di-
364 agnosticandam deordinationem quae in
365 contrahente inveniri potest.
366

367 Peritus in suis conclusionibus de natura,
368 origine, gravitate immaturitatis vel alius
369 perturbationis iudicem illuminare debet
370 ita ut ipse accedere possit ad profundio-
371 rem causae comprehensionem. Aliis ver-
372 bis de periti munere docet una coram
373 Exc.mo Pompèdda: «Periti enim secun-
374 dum methodum suae scientiae, regulas ac
375 praecepta explorare debent in casibus pro-
376 priae competentiae subiectis, existentiam
377 in nupturiente determinatae anomaliae
378 psychicae, seu psychopathologiae, et qui-
379 dem tempore praestationis consensus ma-
380 trimonialis, eius naturam, originem, gra-
381 vitatem, prognosim, potissimum vero eius
382 influxum in processus psychicos, qui in
383 actuationem obligationum essentialium
384 matrimonii concurrunt. Ita periti iuxta
385 scientiae principia iudicem illuminare
386 debent, ut veritas et moralis certitudo pro
387 iudicio ferendo facilius ac securius obti-
388 neri possint» (sent. diei 10 decembris
389 1998, *ibid.*, vol. XC, p. 836, n. 15).

der Heirat, die auf die Seele Einfluss nehmen.

Es reicht nicht aus, „dass die Parteien und Zeu-
gen, auch wenn sie glaubwürdig sind, mit vagen
und allgemeinen Worten die Unreife der Nuptu-
rienten bestätigen, sondern es ist ganz notwen-
dig, dass sie bestimmte Tatsachen und Umstände
vor und nach der Eheschließung berichten, die
sie wie sichere Zeichen und Symptome jener
Bedingtheit an sich hatten. Tatsachen, auf denen
eine Diagnose beruht, müssen wirklich bewiesen
sein aus den Akten der Sache; es reicht nicht,
dass sie einfach angenommen werden und wie-
dergegeben werden in der Aussage einer Partei“
(...).

Die Hilfe der Sachverständigen, nach den kli-
nischen Prinzipien der eigenen Wissenschaft,
scheint nützlich, um eine Unordnung, die im
Kontrahenten gefunden werden kann, zu diag-
nostizieren.

Der Sachverständige muss in seinen Feststel-
lungen die Natur, den Ursprung, die Schwere der
Unreife oder einer anderen Störung dem Richter
erklären, so dass dieser herankommen kann an
ein tieferes Verständnis der Ursache. Mit ande-
ren Worten lehrt ein Urteil coram Pompèdda
über die Aufgabe des Gutachters: „Die Sachver-
ständigen nämlich müssen nach der Methode
ihrer Wissenschaft, den Regeln und Vorschriften
in den ihnen vorgelegten Fällen die Existenz
einer bestimmten psychischen Anomalie im
Nupturienten, oder einer Psychopathologie er-
kunden, und zwar zur Zeit der Leistung des Ehe-
konsenses, ihre Natur, den Ursprung, die Schwe-
re, die Prognose, am besten auch einen Einfluss
auf psychische Prozesse, die in der Verwirkli-
chung der wesentlichen Pflichten der Ehe zu-
sammenwirken. Die Sachverständigen müssen
nach den Prinzipien ihrer Wissenschaft den
Richter in Kenntnis setzen, so dass die Wahrheit
und die moralische Gewissheit für die Urteils-
fällung leichter und sicherer gewonnen werden
können“ (...).